Quelle: http://manuscripta.at/?ID=5639
Copyright: Herzogenburg, Augustiner-Chorherrenstift



Tertio puncto vocat plena distinctio versus et periodus. Primo
puncto debet fieri qui sensus orationis est incompletus. Secundo
debet fieri qui sensus orationis est satis completus. Aliquid potest bene
addi. Tertio fit qui ordo est totaliter completus. Verbi gratia dicendo
sic Cum inter virtutes charitas obtineat principatum
non est sine ipsa possessio virtutum: in qua est omnium illarum
posita certitudo. Veritatem iste modus non fiunt vobis pro fa-
cienda sed puncta sic sunt signata in libris divini officii cor-
rectis in nostro ordine. Libri autem divini officii Biblia et alii
propue in lectionarius matutinalis, sunt debite signati vel
distincti secundum modum substrepitus. Nec legens legat pro
voluntate sua, sed secundum quod libri sunt signati. De oratione aliud
notabile
Hic visus dicendum est de oratione quomodo dividitur
Oratio alia est interrogativa, ut quo vadis? Alia ab-
soluta, ut Ruperti scribit. Si oratio sit interrogativa, aut
habet unam distinctionem aut plures. Si una habet in fine punctum
versum ut Domine quo vadis? Si autem habeat duas dis-
tinctiones, prima distinctio habet punctum circumflexum et ultima visus
Ut Nonne aures mee ad os tuum erant? qui hec eminus
loquebar? Si autem oratio habeat tres distinctiones prima distinctio
habet punctum elevatum: secunda circumflexum. tertia versus. Si autem
habeat quatuor distinctiones prima distinctio habet punctum. secunda elevatum:
tertia circumflexum. quarta visum. Et sic procedendo ita alternet
ut duo elevata puncta sibi invicem non succedant, nisi illem alter-
natione impediat dictionem, quod vel quia ultime silbe acuto ac-
centum proferunt, ut iste Rex, Israhel, David, et similes
Et semper penultima pausatio sive distinctio, ea que
immediate precedit versum, debet habere circumflexum punctum nisi
hoc impediat propter dictionem quia acuto accentum proferunt. Ultima
distinctio semper habet punctum versus. Qui distinguunt quia si ultima
silba sit gravis non habet nisi unam notulam, illa ultima silba